Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



bitantium in ea. Posuit desertum in stagna
aquarum, & terram sine aqua in exitus aqua
rum. Et collocauit illic esurientes, & consti
tuerunt ciuitatem habitacionis. Et semina
uerunt agros & plantauerunt uinea, et
fecerunt fructum natiuitatis. Et benedixit
eis & multiplicati sunt nimis, & iumenta eorum
non minorauit. Et pauci facti sunt & uexati sunt
a tribulatione malorum & dolore. Effusa est
contentio super principes, & errare fecit eos
in inuio & non in uia. Et adiuuit pauperem
de inopia, & posuit sicut oues familias. Vi
debunt recti & letabuntur, & omnis iniquitas
opilabit os suum. Quis sapiens & custodiet
hec, & intelliget misericordias domini. Psalmus 110.

Paratum cor meum deus, paratum cor
meum, cantabo & psallam in gloria
mea. Exurge psalterium & cythara,
exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis
domine, & psallam tibi in nationibus. Quia
magna super celos misericordia tua, & usque ad nu